



1.

2.

3.

4.

4.

5.

6.

7.

8.



1730

1. Burghard, Godefr. Henr.: De termino pubertatis.
2. Dithmann, Johs Christophorus: De sponsionibus et aliis contractibus, qui aliam continent.
3. Godelcke, Andreas Thomarus: De pulmonum infantis in aqua natata vel subsidentia, infallibilis indicio, cum vel vivam vel mortuam esse naturam.
4. Heinzeius, Jo. Gottl. Programma: De officio jurisconsulti ^{liberarius}.
5. Heinzeius, Jo. Gottl.: De religione judicantis circa rerum confessiones.
6. Heinzeius, Jo. Gottl.: De lubricitate jurisjurandi supplementi.
7. Heinzeius, Jo. Gottl.: De usufructu materae juris Germanici, in primis Hamburgensis.
8. Hoffmann, Christianus Guelfrid: Summarische Betrachtung derer auf den Augspurgischen Reichs-Tage 1530.

1730

9. Hoffmannus, Christianus Vossius: De communionis
bonorum conjugalium, nature atque principis
10. Hoffmannus, Christianus Vos: De jure consuetudinis
11. Hoffmannus, Christ. Vossius: De inveterate duellorum
in Germania consuetudine

DISSELTATIO SOLLEMNIS MEDICO-LEGALIS

IN
TERMINO
PUBERTATIS,

CAUSAE VITI CAUSAE MORBIQUE RESIDIO,

GRATULANDIUM SOCIETATI MEDICAE
MAGISTRU VLADESLAVI

PROCURAVIT DOCTORIS

LEOPOLDI WILHELMI FRIDERICI HONORIBUS

HOEHE MENTIS CAUSAE MORBIQUE RESIDIO,

EXAMINI

GEORGII WILHELMI EYRGHART,

LEONARDUS SCHWARTZIL



17
[Faint, illegible handwriting on aged paper]



Pri. 22. num. 15.

DISSERTATIO JUR. NAT. ET GENT. 1730, 2

De

**SPONSIONIBUS
ET ALIIS CONTRA-
CTIBUS QUI ALEAM
CONTINENT,**

Ad

PUFEND. de J. N. & G. lib. V. c. 9. & de Off. Hom. &
Civ. lib. I. c. 15. §. 13.

Quam

PRÆSIDE

**JUSTO CHRISTOPHORO
DITHMARO,**

Juris Nat. & Gent. Hist. & Oeconomico-Politico-
Camerarium P. P. O.

die XXVII Nov. MDCCXXX.

1. 227-226
IN AUDITORIO MAJORI

ventilendam proponit

**FRANCISCUS FRIDRICUS
LÜDERS,**

Berol. LL. Stud.

Francofurti ad Viadrum,
Litteris Viduæ Johannis Christophori Schwartzii.



DISSERTATIO JUR. NAT. ET GENIT.

De

SPONSIONIBUS
ET ALIIS CONTRA-
CTIBUS QUI ALIAM
CONTINENT

Ad

mand. del. N. & G. lib. V. c. 2. & de OE Hom. &
C. lib. I. c. 2. & 3.

PRÆSIDI

IUSTO CHRISTOPHORO
DITTMARO


Juris Nat. & Genit. Phil. & Oeconomico-Politicæ
Candidatum P. P. O.

die XXVII. Nov. MDCCXK

IN AULICO MAJORI
venerabili prothonotario

FRANCISCUS FRIDRICUS
LÜDERS

Berol. J. L. Stud.



Franciscus ad Viadrinam
Literis Vidui Johannis Christophori Schwartzii

PERILLUSTRI atque EXCELLENTIS-
SIMO DOMINO,

DOMINO
WILHELMO HENRICO
de THULEMEIER,
AUGUSTISSIMO REGI PRUSSIAE
A CONSILII STATUS SANCTIORIBUS
ET
PRINCIPATUS MINDENSIS
PRÆSIDI,
PATRONO ATQUE MECOENATI SUO
OMNI OBSEQUIO ÆTERNUM COLENDO

Hoc Studiorum suorum specimen
submitte offert

RESPONDENS.

PERILLIUSKI ^{aliqua} RECELLENZ
SIMO DOMINO

DOMINO
WILHELMO HENRICO
de THULMEIER
AUGUSTISSIMO REGI PRUSSIE
A CONSILII STATUS SANCTIONIBUS
ET
PRINCIPATUS MINDENSIS
PRÆSIDI
PATRONO ATQUE MECENATI SUO
CUMI ORBEVTO WASTHUM COLLEDO

Hoc Studiorum forum specimen
libentis offero
RESPONDENS





DISSERTATIO

De

Sponsionibus alisque Contractibus,
qui aleam continent.

§. I.



Contractuum, qui aleam continent,
nomine conventiones intelligimus
in quibus fortuna prædominatur,
atque partes contrahentes in even-
tum incertum, sive lucri sive damni,
paciscuntur; quo sensu *Alea*, sive
id quod fortuna tulerit, *emi* dici-
tur l. 8. §. 5. ff. de *Contrab. Emi*. Ad
illos Contractus a PUFENDORF-

FIO *Jur. Nat. & Gent.* lib. V. c. 9. & de *Off. Hom. & Civ.*
lib. I. c. 15. §. 13. referuntur SPONSIONES, LOTTERIÆ,
COLLA FORTUNÆ, ASSECURATIONES, & LUDI, de quibus,
ut & aliis pro ratione instituti nostri, imprimis,
quid Jure Naturæ circa hos contractus justum sit? dis-
serere animus nobis est.

§. II.

SPONSIONES à *Spondendo* ita dicuntur, quia paciscen-
tes sibi invicem in casum existentem aliquid præstituros
esse spondent arque promittunt, vulgo *Wetten* / *Wadium*,
vadimonium, pactum, promissum, stipulatio, imprimis
quæ

A

quæ in iudicio fiebant, aut sub pignore vel arrha; JOH. SCHILT. in *Theſ. Antiq. Teut. v. Wette*. Belgis leges quoque appellantur *Wetten* / quia sunt inſtar pactorum inter imperantes & cives.

§. III.

Missis ergo Sponſionibus ſive conventionibus Supremorum Belli Ducum ſub ratihabitione Principum ſuorum in caſu neceſſitatis cum hoſte factis, de quibus H. GROTIUS J. B. & P. lib. II. 15. & Illuſtr. THOMAS. duabus diſſert. de *Sponſionibus Numantina & Caudina* egerunt, Sponſionum nomine nunc Contractus nobis veniunt, quibus ſuper incerto eventu convenitur, ſive ut CI. TITIUS in *Obſerv. ad PUFEND. de Off. H. & C. lib. I. c. 15. §. 13.* eas deſcribit, *Pacta*, quibus occasione contraditionis duo pluresque ſerrentia ſua fiducia ſibi mutuo aliquid promittunt, ut illi, quorum aſſerrio ſeſellerit, aliis quid præſtare teneantur.

§. IV.

Sponſiones tales non olim ſolum in maximo fuerunt uſu, ſed & hodie admodum frequentes ſunt, atque illuſtre illarum exemplum occurrit JUDIC. XIV. v. 13. ubi Simſon triginta ſodalibus ad convivium ſuum nuptiale invitatis ænigma propoſuiſſe refertur, ſponſione cum illis facta, qua, ſi intra ſeptem convivii illius dies ænigma propoſitum explicuerint, triginta illis ſindones atque totidem mutandas veſtes ſe daturum ſi minus, ſodales ipſi tantum ſe præſtituros promiſerunt, Simſon autem fraude circumventus triginta Askelonitis occiſis, horum exuvias illis dedit.

§. V.

Apud Græcos quoque ejuſmodi Ænigmata Convivialia & Sponſiones circa illorum explicationem in uſu fuiſſe, exempla docent apud Auctorem Convivii Septem Sapientum, PLUTARCHUM in *Queſtionibus Sympoſiacis*, MACROBIUM in *libris Saturnaliſum*. Qui argutas ejuſmodi quaſtiones ſolviſſet, huic partes è carnibus dabantur, qui ve-

❧ (3.) ❧

ro solvere nequiret, is poculum muriā seu falsuginis ingratiis ebibebat. Aliarum Sponſionum exempla refert H. GROTIUS in *Florum Spars. ad Jus Justinian.* p. 130.

§. VI.

De Immodica Sponſione inter Cleopatram & Antonium hæc refert PLINIUS *Hist. Nat. lib. IX. c. 35.* Duo fuerunt maximi uniones per omne ævum, utrumque possedit Cleopatra Ægypti Reginarum Novissima, per manus orientis Regum sibi traditos. Hæc, cum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut Regina meretrix, lautitiam ejus omnem apparatusque obiectans, quarente eo, quid astrui magnificentius posset, respondet una se cœna centies H. S. absumenturam. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse, non arbitrabatur. Ergo SPONSIONIBUS factis, postero die, quo judicium agebatur, magnificam alias cœnam, ne dies periret, sed quotidianam Antonio apposuit, irridenti, computationemque expostulanti. At illa corollarium id esse consumpturamque se ea cœna taxationem confirmans solamque sexcentis H. S. cenaturam, inferri mensam secundam iussit. Ex præcepto ministri unum tantum vas ante eam posuere aceti, cujus asperitas visque in tabiem margaritam resolvit. Gerebat auribus cum maxime singulare illud, & vere unicum natura opus. Itaque expectante Antonio quidam esset actura, detractum alterum misit ac liquefactum absorbit. Injecit alteri manus L. Plancus, iudex sponſionis ejus, eum quoque paranti simili modo absorbere, victumque Antonium pronuntiavit, homine irato.

§. VII.

Apud Romanos sponſiones quoque admodum usitatæ fuere in foro de litis eventu, pecunia, quæ Sacramentum dicebatur, a Petitore & Reo apud Pontificem deposita, a quo victor suam recipiebat, altera vero in usum sacrorum cedebat; cujusmodi sponſionum exempla & formulas ex CICERONIS Orat. V. & VII in *Verrem*; Pro Cæcinnâ, in *Pisonem*, itemque EPIST. lib. VII 21. ASCONIO in *Verrinam* tertiam & aliis Auctioribus PITHOEUS *Advers.* lib. I. C. 18. refert. Immenſæ quoque Sponſiones in Circo fiebant, deposita pecunia, de victoria hujus vel il-

lius Aurigæ, unde JUVENALIS *Satyra XI. v. 200. de Circo Romano.*

Spectent Juvenes, quos et non & Audax

SPONSIO, quos culta decet affectisse puella.

Solebant quoque Sponſionum JUDICES conſtitui, exemplo L. Planci, Judicis ſponſionis inter Antonium & Cleopatram apud Plinium *loc. cit.* ac Fimbriæ, Conſularis, quem M. Lutatio Pinthiæ Equiti Romano, cum is ſponſionem feciſſet, ni vir bonus eſſet, JUDICEM fuiſſe CICERO refert de *Offic. lib. 3. cap. 19.*

§. VIII.

Eſt inſuper memorabilis Sponſio inter Philippum, Regem Galliæ & Ottonem IV. Imperatorem facta, de qua ARNOLD. LUB. lib. 7. Chr. Slav. C. 17. Cum, ſcribit, *Otho a Principibus de Piſtario ad Regalem electionem vocaretur, & conductu Regis memorati Franciam tranſiret, ipſe cum vidit & ſalutavit & inter collationes, quibus ſe mutuo ſalutabant, Rex Franciæ in hæc verba prorupit: Intelleximus, quod ad imperium Romanum vocemini. Ad hæc, ille verum eſt, ait, quod audiſtis, ſed in DEO ſit iter meum; Cui Rex non credatis quod tanta vobis proveniet dignitas. Quod ſi vel ſola Saxonia in perſonam veſtram conſenſerit, detis nunc dextrarium, quem peto, & cum creati fueritis, dabo vobis tres civitates meliores Regni mei, PARISIUM, STAMPE, AURELIANUM.*

§. IX.

De cæde Henrici III. Regis Galliæ, an certus ſit rumor, more inter Italos recepto crebras ſponſiones factas & quantum Mediolano & Florentia ipſo eodem tempore idem conſtanter nunciaretur, auctum tamen ſponſionum aſtum Venetiis fuiſſe, THUANUS refert lib. XCVII. ad a. 1589. Quæ noſtro tempore de Delphino Galliæ naſciture, Bello vel Pace, veloci equorum curſu aliisque de cauſis magna pecuniæ ſumma factæ fuerunt ſponſiones, notæ ſunt.

§. X.

An vero Sponſiones tales licitæ ſint? haud extra controverſiæ

troverſarum aleam poſitum eſt. Sunt enim qui inter ſponſiones ingenii cauſa inſtitutas & ludicras, quæ ex arte divinandi, vel mera curioſitate, vel ſpe proſperi eventus proficiſcuntur, diſtinguunt, atque prioris generis ſponſiones licitas quidem, poſterioris vero illicitas eſſe putant.

§. XI.

Utur autem maximus ſit Sponſionum abuſus, jure tamen Naturæ eas licitas eſſe, nulli dubitamus, cum iſt hoc Jure unicuique de rebus ſuis libere diſponendi, easque pro lubitu alienandi competat facultas. Quemadmodum vero in aliis contractibus, ita & in Sponſionibus requiritur ut (1) paciſcentes uſu rationis haud ſint deſtituti, utpote impuberes, mente capti, furioſi, extreme ebrii; (2) de rebus ſuis ſponſionem faciant, non v. gr. de patrimonio parentum, nec alias prohibeantur, (3) Id, quod promittitur præſtandum, atque cauſa ſponſionis non ſint inhoneſta & illicita, cujuſmodi fuit nota Laidis ſponſio de Xenocrate; quæ enim facta lædunt pietatem, exiſtimationem & verecundiam noſtram & generaliter contra bonos mores fiunt, ea facere nos non poſſe, merito credit Papinianus L. 15 de *Condit. Inſt.* (4) ut ſponſio abſque dolo fiat, quo cum Simſone ſodales ipſius egerunt *loco ſupra citato.*

§. XII.

Immodica vero ſponſio jure Naturæ non magis illicita eſt, quam prodiga donatio. GROT de J. B. & P. lib II. cap. XI. §. 9. Neque neceſſe eſt, ut, quod ſpondentes ſibi invicem promittunt, æqualis ſit pretii, ſed ab altero majus, ab altero minus ſponderi poteſt, atque valebit promiſſio, uti diſpoſitum eſt; quamobrem Otto IV. Imperator factus a Philippo, Rege Galliarum, pro dextrario tres præcipuas Regni Galliarum Civitates vi atque jure ſponſionis, ſupra commemoratarum, poſtulare potuit.

§. XIII.

Neque Pufendorffio de *Offic. H. & C.* lib. I. C. 15. §. 13. &

13. & de *Jure Nat.* & G. lib. V. c. 9. §. 4. aliisque largiri possumus, ad justam sponsonem requiri, ut uterque contrahentium de eventu dubius sit, & periculo amissionis, de quo conventum, se exponat. Sibi enim imputare debet, qui cum altero, de cujus scientia & certitudine non erat certus in certamen descendit, tantoque magis, si post declaratam satis ab altero certitudinem, nihilominus contendere velit, cum volenti non fiat injuria. Aliud obtinebit, si ita conventum fuerit, ut uterque de eventu dubius sit, quo casu alter, si certitudinem suam retulerit, dolo egit, atque sponso nulla erit censenda. Vide quoque Cl. Viros, BARBEYRACCIUM *Traité du jeu* lib. II. C. 2. §. 15. OTTONEM & TITIUM in not. ad Pufend. de *Off. H. & C. cit. loco.*

§. XIV.

Hæc de eo, quod *Jure Nat.* circa sponsones justum est. *Jure autem Civili Romano* Sponsones prohibitas esse, qui adfirmant, admodum falluntur. Quod enim licitæ fuerint apud Romanos, tot non solum Sponsonum exempla, quæ supra adduximus, confirmant, sed & Legibus Titia & Publicia & Cornelia sponsonem facere licuisse Martianus l. 3 ff. de *Aleat.* testatur. Neque in virtutis tantum certamine, ut ibi dicitur, sed & in aliis rebus omnibus honestis id licuisse, Ulpiani est sententia l. 17. ff. in fin. *Præscript. verb.* Vide quoque STRYCKIUM *Disert. de Eventu* Cap. III. Summopere tamen Reipublicæ conducit, immodicas sponsones prohiberi, quemadmodum in Gallia SANDE. lib. III. *Tit. IX. def. I.* atque inter Mercatores Amstelodamenses factum esse, Cl. OTTO. *loc. cit.* referunt.

§. XV.

Pertinent quoque ad Contractus Alex LOTTERIÆ, ita dictæ a voce Germanica *Loß* / Westphalis & Belgis *Lott*, *sors*, *portio*, unde Lotterey & Gallorum *Lotterie*, alias *Risse* & *Risse* MART. DELR. *Disq. Mag.* T. III. lib. 4. C. 4.

§. XVI

§. XVI.

Instituuntur autem Lotteriæ duobus modis *vel* quando res certo pretio exponitur fortienda cui obtingat, atque in pretium plures symbolam suam conferentes aleam jaciunt, aliaque sorte decernunt, quirem habiturus sit; *vel* quando certa pecuniæ summa a pluribus collata in partes inæquales dividitur atque schedularum sorte, quibus portiones illæ obtingant, decernitur. Depriori specie agit PUFENDORFFIUS de J. N. lib. I. C. 15. §. 13. Posterior autem species est frequentior atque *contractus quo, plures auctoritate publica in certam pecunia summam consensendam ita consentiunt, ut in partes inæquales, pauciores tamen plerumque sociorum numero, dividatur, & post sorte decernatur, quibus singula portiones cedere debeant, parte interdum de tota quantitate in usus publicos detracta.*

§. XVII.

An Lotteriæ ad contractus vel emtionis & venditionis vel societatis vel innominatum, do ut des, sint referendæ, ut inquiramus, nostri iustituti non est; propius tamen ad emtionem & venditionem accedere nobis videntur. Ut vero in Societate Civili iuste instituantur; Auctoritate publica omnino opus est, quia jus collectandi solis Imperantibus competit, quorum etiam est, prospicere, ut omnia ordine & sine dolo agantur, constitutis, qui pecuniam colligant, atque fortitioni adsint, probis viris.

§. XVIII.

An verò Lotteriæ licitæ sint? Non solum Auctor *Artis Cogitandæ* Part. IV. C. 16. p. 535. edit Amstelod. 1697. negat, sed & Cl. BUDDÆUS *Instit. Theol. Moral.* P. II. C. 3. §. 25. *Quod, ait, De ludis diximus, id de aliis quoque contractibus, qui aliquid aleæ continent, e. gr. SPONSIONIBUS, olla fortuna, lotaria, assecurationibus, censendum videtur, eos omnes esse illicitos. Nihil namque aliud quam inordinata per compendium aliquid acquirendi cupiditas homines ad eos inducere videtur. Bona quoque & opes hunc*
in si-

in finem nobis concessa non sunt, ut eas casui fortuito exponamus. Taceo incommoda pravosque affectus, quibus ejusmodi contractus non possunt non occasionem præbere. Excipienda tamen videntur Lotteriarum quæ in usum pauperum instituuntur. Ad eas enim qui aliquid conferunt, potest intentionem habere pauperum commoda promovendi. Sed cum nonnulli etiam intentionem habere queant, etiam hiis lucrum aliquod captandi, scrupulus remanet, an & hæc quoque rectè instituantur? Cum pravus hominum cupiditatibus occasionem suppeditare videantur. Sed hoc in medio relinquo.

§. XIX.

At tanti rationes hæc nobis non videntur, ut Lotteriarum propterea injustitiarum accusari debeant. Uti enim omnia ista argumenta vel ad moralitatem vel prudentiam civilem pertinent, nullam vero injustitiam inferunt, ita si Lotteriarum ad normam Juris Nat. exigantur, nihil opinamur, est, quod injustitiam aliquam præferat. Præterquam enim, quod Auctoritate Publica nitantur, omnia sunt ex consensu partium, quæ suas sponte pecuniam conferunt atque in conditiones Lotteriarum consentiunt. Portio vero, quæ toti quantitati pecuniæ collatæ detrahitur, octava vel decima, tanto minus injusta erit dicenda, quod ad impensas in Lotterias faciendas, atque in usus publicos, nonnunquam pios, illud fiat. Constitutis insuper, qui pecuniæ collatæ rationes reddant atque sortitionem dirigant, probis & juratis viris, omnia sine dolo agi existimari debet. Vide qui pluribus justitiam Lotteriarum docuerunt & ab argumentis dissentientium eam vindicarunt Cl. BARBEYRACCII in laudato *Traité du Jeu*. lib. II. c. 2 §. II. & CLERICUM in *Reflexions sur les lotteries*.

§. XX.

Et si ergo injustum non sit, pecuniam suam in Lotterias exponere, imprudentissime tamen faceret bonus pater familias, qui omnem suam fortunam fallaci alex committere vellet. Quota autem bonorum pars in Lotterias

terias impendi possit? tum juxta bonorum suorum proportionem, tum spem lucri quilibet determinare debet, prodigus tamen haberi nequit, qui prudentiæ economicæ regulis haud observatis omnia sua bona vel maximam eorum partem in Lotteriis consumserit.

§. XXI.

An Titius, qui una cum Cnejo Symbolam æquis portionibus redemerat, hujus verò negligentia in secunda & reliquis classibus eandem in solidum renovari curavit, atque insignis lucri schedulam extraxit, Cnejo portionem solvere teneatur? omnino affirmandum putamus. Sibi enim Titius imputet, quod negligentem focium sibi elegerit, §. 2. *pro focio* l. 23. ff. de R. J. Aliud obtinet, si eundem de continuanda symbola monuerit, vel is juri suo expresse renunciaverit.

§. XXII.

Quamvis Tutor vel Curator in administratione bonorum pupilli domini loco sit l. 7. §. 3. ff. *pro emt.* atque pecuniam pupillarem licito fœnori exponere teneatur, l. 3. C. de *Usur. Pup.* Lotteriæ tamen periculo eam committere haud potest, atque ad damnum quod pupillus passus fuerit, refarciendum tenebitur, etsi Magistratus consensu id fecerit. Si verò pecunia tantum pupillari fortem redemerit, lucrum, quod reportaverit, pupillo haud cedit.

§. XXIII.

Lotteriis proxime accedit OLLA FORTUNÆ Circumforaneorum, quando, dejecto in urnam certo reserarum & schedularum numero, inscriptarum & inanium, pretio redimitur facultas aliquas extrahendi, ita ut extrahens recipiat quod illarum inscriptio præferat, idemque de hoc alex contractu, quod de Lotteriis dicendum est. Quia vero ejusmodi Ollæ mille fraudibus sunt obnoxie, neque iis tollendis Inspectores publici sufficiunt, ne permittantur, CASP. KLOCKIUS de *zrario* lib. 2. c. 118. MAXIM. Faust ab *Visschaffenburg*

burg in *Conf. pro arario* Class. X. ord. 775. STRYCKIUS diff. de Saccul. & Director. C. II. n. 23. merito consultius ducunt.

§. XXIV.

ASSECURATIO, vulgo *Assurantz*/ Belgis *Versekering van Goedern*, Italis *Polizza*, vocatur, male autem à GEORG. BEYERO in *Spec. Jur. Germ.* lib. 2. C. 20. §. I. confunditur cum *Bodemeria*, *Bodmery*/ a qua Asssecuratio, ut infra dicitur, longe differt.

§. XXV.

Pro variis sententiis ad quam Contractuum specificationem Asssecuratio referenda sit, varix quoque ejus definitiones dari solent, quas referre vel examinare, non est hujus loci. GROTIUS lib. II. C. §. 23. J. B. & P. Contractum vocat *periculi avertendi*, quem PUFENDORFIUS secutus l. c. Asssecurationem pluribus definit *contractum periculi avertendi & prestandi*, quo quis pecunia accepta in se suscipit ac prestat pericula, qua subitura sunt merces in alia loca transportanda, ita ut, si has interire contigerit, asssecurator earundem pretium Domino restituere teneatur; Nec male; modo præter merces aliarum quoque rerum & personarum periculum addatur, quare rectius ab aliis dicitur esse Contractus consensualis de periculi rerum & personarum sive mari sive terra transvehendarum aversione pro certo ac definito premio. Vid. Cl. HEINECCIUM, Collegam nostrum Honoratissimum, in *Element. Jur. Civ.* juxta *Ord. pandect.* Tit. de *Fæn. Naut.*

§. XXVI.

Hoc ergo Contractu Asssecurator se obligat præcipue ad periculum *mercium* avertendum, eoque nomine Asssecuratio differt tum à *Fœnore nautico*, quo creditor periculum pecuniæ trajectitiæ suscipit. Vid. Tit. ff. de *Fæn. Naut.* & GERHARD. NOODT. de *Fæn. & Usur* lib. II. c. 7. & 14. tum a *BODEMERIA* *Bodmery* a *Bodem*/ sive fundo navis ita dicta, qua creditor periculum carinæ suffinet, de quo vid. Ill. a COCCÉII in diff. de *Bodemeria*. Sub generali ergo Asssecuratione periculum *mercium* tantum susceptum

ptum esse intelligitur. Solet tamen aliarum quoque rerum quin & hominum periculum fuscipi, certo pretio constituto, si vel in servitutem fuerint redacti vel plane perierint.

§. XXVII.

Periculi nomine venit damnum, quod rebus extrinsecus a tempestatibus, scopulis, piratis, vel aliis causis solitis & insolitis imminet, non vero quod vel nautarum culpa vel intrinseco vicio illis accidit. Oportet quoque ut periculum sit incertum atque futurum, neque tempore facti contractus res adsecurata vel salva, quo destinabantur, pervenerint, vel damnum jam passa fuerit, sive contrahentes id sciverint sive non. Cautio vero de praeterito damno potius est sponso quam Asssecuratio.

§. XXVIII.

Adsecuratus vicissim obligatur Adsecuratori, ut praemium ipsi solvat pro magnitudine periculi atque spe lucri definitum, etiam ultra centesimas, idque praenumeret, adeo ut, eo non praestito, Asssecurator damno secuto, haud teneatur. Atque haec sunt quae praecipue ad Asssecurationem pertinent, de quibus vero & aliis ejus Contractus circumstantiis pluribus videri poterunt GROT. *Introducl. in Jurispr. Holland. III. à COCCEJI, REINOLDUS KURIKE, HERTIUS in diss. de Asssecurationibus, WERLHOFF diss. de Poliza, Sive Asssecurationis Instrumento, G. BEYER loc. cit.*

§. XXIX.

Ceterum etsi Contractus ille quoad nomen & formam novus sit, atque recentioribus legibus maritimis, praesertim à Philippo II. Rege Hisp. in Belgio latis, nitatur, Conventiones tamen de periculi averfione jam olim in usu fuisse, exempla non solum à GROTIUS in *Not. ad J. B. & P. l. c.* adducta comprobant, sed & ex Fenore Nautico, cui Asssecuratio valde est adfinis, liquido apparet.

An verò Affecurationis Contractus Jure Naturali sit fictus? nulli dubitamus. Præterquam enim quod isthoc jure omne negotium valeat, prout inter partes contractantes fuit conventum & dispositum, versatur quoque illa conventio circa res maxime honestas ac licitas, periculi videlicet averfionem ac promovenda commercia, quibus nihil est præstantius atque Reipublicæ utilius. Haud leve quoque his momentum accedit à multarum Gentium pariter ac Theologorum & Jure-Consultorum consensu, de quo suaque ipsius sententia SOTUS Tr. de Just. & Jure lib. VI. q. 7. in f. scribit, quod usus affecurandi non tantum receptus sit, sed idem etiam tam Theologis quam JCrīs probatus; habet enim, addit, rectitudinem & justitiam: Idcirco si fidejudenti pro aliquo licitum est accipere pretium fidejussionis, multo magis licitum est Affecuratori, cum negotiorum Affecurationis pluribus & gravioribus subiaceat periculis. Neque nos movent, quæ obijci solent, (1.) Præmium atque insigne lucrum, quod Affecurator percipit, rebus, quarum periculum in se suscepit, salvis. Non enim illud lucrum gratis accipitur, sed pro suscepto periculo, quod omnino æstimari potest, quippe cum existente casu Affecurator magnam parrimonii sui jacturam faceret, atque ideo non minus periculi sit pretium l. 5. ff. de Fœn. Naut. quam alea emi potest. l. 8. §. 7. de Contrah. Empt. (2.) Libertatem atque vitam hominum, quorum periculum suscipi posse supra diximus, res esse inæstimabiles. Etsi enim hæc in commercio non sint, nihil tamen impedit, quo minus in casum, quo homines in vitæ atque servitatis discrimen inciderint, certa quantitas promitti possit, liceat illa libertati atque vitæ hominis haud respondeat. (3) Cap. 19. X. de usur. quo GREGORIUS IX. Naviganti, ait, vel eunti ad mundinas certam mutuans pecunie quantitatem, eo quod suscepit in se periculum receptorus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus. Quemadmodum enim hæc ad fœnus naut. & Bodemeriam proprie

prie spectant, atque S. Scriptura locis perperam intellectis nituntur, ita REINOLD. KURICKE *Quest. illust. ad Jus Marit. per. XXIV.* post varias adductas ejus Capituli interpretationes, Non, ait, opera pretium esse duco, multis circa explicationem hujus capituli desudare, cum vel experientia constet, moribus omnium gentium, quin & in ipsis Ecclesie Romanae terris capitulum hoc omnino repudiatum esse, uti monet Paul. Busius *Comm. in tit. ff. de Naut. Fan.*

§. XXXI.

LUDI sunt conventiones duorum vel plurium de varii generis certaminibus, vel recreationis tantum causa institutis vel ut vincenti certa pecunia deposita simul cedat.

§. XXXII.

Quemadmodum vero horum certaminum alia plus, alia minus alex continent, ita omnes ludorum species sunt vel VIRTUTIS, in quibus certantium robor, industria & solertia praevalent, Gallis JEUX D'ADRESSE quo pertinent quinque a Iustiniano lib. I. Cod. de Aleat. & Alearum lusu permissa ludorum species, Monobolon, Contomonobolon, Quintana, Perichites, & Hyppice, ut & hodie usitati ludi Pilae, lapillorum, calculorum, Gallis la Paume, le Billard, le Mail, la Courte Boule, le Pulet, les Dames, les Echecs, &c. vel FORTUNÆ sive, fortis, in quibus Fortuna praedominatur, cujusmodi sunt ludi alearum, chartarumque varii generis, Gallis JEUX de HAZARD, la Bassette, le Brelan, le Landsquenet, l'Oye, le Pharaon &c. vel MIXTÆ quo referuntur Gallis dicti le Tristrac, l'Homme, le Picquet atque alii chartarum ludi vulgares, de quibus videantur pluribus qui historiam & naturam illorum exposuerunt JUL. CAES. BULENGERUS de *Ludis veterum*, GUSTAV. SELENUS, sub quo nomine latet Serenissimus Brunsvicensium Dux, Augustus, Gloriosa memoriae, & THOMAS. HYDE libris de *ludo scaechorum*, LEIBNITII. Annotatio

tatio de quibusdam ludis T. I. Miscellaneorum Berolinenf. p. 22. & inprimis Vir Cl. JOH. BARBEYRACIUS in *Traité du Jeu*, cujus quoque historia ludorum, quam in præfatione illius libri promifit, adhuc expectatur, alique plures a Cl. FABRICIO in *Bibliographia Antiquaria* cap. XXII. commemorati.

§. XXXIII.

Ceterum, ut in aliis contractibus, ita & in ludis, præcipue onerofis, quibus de certo pretio certatur, omnino requiritur, ut (1) certantes ufu rationis haud fint deftituti, nec alias legibus Civilibus, quo minus pacifci poffint, impediantur, unde lufus cum infantibus, mente captis, extreme ebris, minoribus &c. haud erit licitus ac validus. (2) Res de qua luditur, fit honefta, & in commercio, quare Germani merito notantur, quod teftè TACITO de M. G. C. 24. aleam exercuerint tanta lucrandi perdendique temeritate, ut, cum omnia defecerint, extremo & noviffimo jactu de libertate & de Corpore contenderint, de quo vitio Scythi quoque & aliis populis familiari, vide quæ diximus in *Nor.* ad illum locum. (3) Ne alteruter vel minis vel convitiis ad ludum cogatur, vel fub prætextu ludi continuandi invitus detineatur, quo cafu victor, fi pretium poftulet, exceptione metus caufa repelli, quin, ut pecuniam acceptam refituat, jure cogi poterit. (4) Ut omnia ntrimque fine dolo atque v. gr. fine fraudulenta chartarum mixtione agantur, cujufmodi fi apparuerit, ludus ipfo jure erit nullus atque irritus. Vide de his Ludorum requifitis prolixius differentes Cl. BARBEYRAC laudati tractatus integro lib. II. & JOH. JOACH. SCHOEPPER. de hodierna ludorum *Justitia.* cap. III.

§. XXXIV.

An autem Ludi fint liciti? multis difputatum fuit, atque ludos tam virtutis & ingenii, quam fortunæ ac fortis penitus improbarunt PASCHASIUS JUSTUS, Medicus Belgicus, libro de *Alea five curanda ludendi in pecuniam*

niam cupiditate 1560. edito. TREMBLÆUS libro des Conversions sur les Jeux & les divertissements, Parisiis 1684. JOH. BAPTIST. THIERS Traité des Jeux & des divertissements, qui peuvent être permis ou qui doivent être défendus aux chrétiens selon les règles de l'Église & les sentiments des Pères. Paris. 1686: Cl. BUDDEUS Theol. Moral. Cap. 3. Sect. V. §. 26. Ludos vero omnes, modo abusus absint, licitos esse existimarunt JOH. LA PLACETTE Tr. des Jeux de Hazard una cum ejus. libro. Divers. Traites sur des matieres de Conscience Amstel. 1697. edito, atque V. Cl. JOH. BARBEYRACCIUS in laudato Traité du Jeu, Amstel. edito 1709.

§. XXXV.

PRIORUM argumenta hæc sunt, (1) quod, qui salutem suam cum metu ac tremore operari debeat, Phil. II. 12. cogitationes suas ad res ludicras convertere haud oporteat; (2) recreationes alia ratione rectius quam per ludos obtineri possint, præsertim cum ludi variis peccandi occasionebus homines exponant; (3) temporis, quod redimendum juxta Ephes. V. 16, male collocati, ut & (4) bonorum nobis concreditorum ratio Deo sit reddenda; (5) Ludi malos adfectus, avaritiam, cupiditatem lucrandi aliorum damno, iram, odium &c. excitent, atque impiis non solum & blasphemis vocibus, sed & cædibus sapius occasionem præbeant. (6) Sors specialem Dei providentiam supponat. Proverb. XVI. 38. qua abuti ad suas cupiditates, hominis sit profani. POSTERIORES has sententiarum rationes adducunt; (1) quod corporis animique vires reficere haud sit nefas, atque (2) cum quilibet rerum suarum habeat dominium, bonorum suorum partem recreationibus impendere licitum, ac perinde sit, an ludendo, an alia ratione id fiat, præsertim cum (3) Ludi in S. literis nusquam sint prohibiti, (4) Doctrinam Evangelicam non aliter esse accipiendam, quam ut cum jure naturæ conveniat, nec ideo quæ de mortificatione & abnegatione sui in Evangelio dicuntur, tam rigide sint

fint interpretanda; (5) Vitia hominum, ludis abutentium, non esse imputanda ipsis ludis, qui, si secundum rectæ rationis ductum, legitimo tempore & modo instituantur, vitio careant. §. XXXVI.

Quamvis autem ex rationibus his posterioribus factis, opinor, luculenter appareat, ludos Jure Naturali haud esse illicitos, atque præter PUFEND. de J. N. & G. lib. V. 9. STRYCKIUS quoque diff. de Sæculariis & Directariis von Beutelschneidern und Spißbuben Cap. III. & citati ab ipso Auctores id pluribus confirmant, cum tamen ludi multis abusibus ac perniciosis vitiis occasionem præbeant, & de ludo verè dicat OVID. de Arte Amandi lib. III.

Ira subit deforme malum, lucrique cupido

Furgiaque & rixa, sollicitusque dolor.

Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther,

Invocat iratos & sibi quisque Deos

Nulle fides tabulis, qua non per vota petuntur,

Et lacrymis vidi sæpe madere genas.

Consultius omnino fecerunt Gentes moratiores, quod ludos fortunæ sive fortis vel penitus prohibuerint, vel certum illis modum præscripserint.

§. XXXVII.

Hebræis Ludi fortunæ tam erant exosi, ut nullam ex illorum contractu obligationem oriri censuerint, atque furtum reputaverint, quicquid ludo fortis fuisset acquisitum. Alex enim lusus in Gemar. Babyl. ad Tit. Sanehedrin Cap. 3. fol. 24. ex versione Cochii in not. ad illum locum. Contractus, dicitur, imperfectus est, & qui ex fortuna pendet, qualis res non rite acquiritur. Quin omne illud quod mera fortuna erat lucrifactum eodem loco habebant, qua de re MAIMONIDES in Hilcot Gazila Wabida sive Confit. de Furto & Rebus amissis Cap. 6. similiter, si qui instituerunt pecorum, ferarum aut volucrum certamina ludicra, adjecta conditione v. gr. ut, cujus pecus sive pugna sive cursu vicerit, is summam aliquam ab altero accipiat res, si quid aliud ejusmodi fieret, id illicitum & furtum ex majorum scitis inde committebatur. Vide quo-

quoque SELDENUM de J. N. & G. *juxta Discipl. Ebraeorum* lib. VI. c. II. Præter tamen Schachorum aliosque Virtutis Ludos, Alex quoque & chartarum lusus apud illos fuisse usitatos WAGENSEIL libro de *Norimberga* cap. 22. & OTTIUS in *Lex. Rab.* voce *Ludus* referunt.

§. XXXVIII.

Etsi quoque Græci suos habuerint virtutis & ingenii ludos, de quibus JOH. MEURSII *Græcia ludibunda* atque alii à Cl. Fabricio *loc. cit.* commemorati Auctores videri poterunt, à ludis tamen fortunæ tam fuerunt alieni, ut ipsi non solum ludi, sed & loca in quibus exercebantur, inhonestis illis fuerint habita, atque lutores Athenis in Insulam Scyros se contulerint, ibique in vestibulo templi Minervæ, ab omni metu securi, ludis indulserint, teste JULIO POLLUCE *Onom.* lib. IX. v. 48. & 96. ad quæ loca vide Hemsterhusium in *not.* Xenophanem quoque, cum à *Laso Hermionensi* timidus diceretur, quod resseris cum eo ludere noller, *fastum esse*, ad res INHONESTAS se timidissimum esse, refert PLUTARCH. de *vitioso pudore* Oper. T. II. p. 530. edit. Francof. 1620.

§. XXXIX.

Romani Græcos, à quibus Sapientiæ studia acceperunt, imitati, ludos fortunæ maturè quoque prohibuerunt. Etsi enim dubium videatur an PLAUTUS lege *Talaria*, cujus meminit in *Mil. Glor.* Act. II. Sc. II. v. 9. ad legem de Alea prohibita, Publiciam aut Titiam, an ad legem convivii alluserit, de quo v. TAUBMAN. in *not.* *ibid.* differte tamen HORATIUS *vetitam legibus aleam* dicit lib. III. Od. 24. v. 58. & OVIDIUS *Trist.* lib. II. crimen reputavit libros de alex lusu, scriptos verbis:

Sunt aliis scripta, quibus alea luditur, artes

Hoc est ad nostros NON LEVE CRIMEN avos.

SUETONIUS quoque de AUGUSTO *Cap.* 71. & DOMITIANO *Cap.* 21. quod extra Saturnalia, quibus omnia liciebant, alea luserint, tanquam rem plane insolitam refert

fert. JUSTINIANUS verò Imperator Tit. ff. de Aleat. & Cod. de Aleat. & Alearum lusu non solum tesserarum, sed & alios fortunæ ludos, quibus de pecunia certabatur, ita prohibuit, ut nulli, nec in publicis, nec privatis domibus vel locis ludere licuërit; victori omnis ex ludo actio fuerit denegata atque pecunia usque ad 50 annos ab ipso reperi potuerit; qui insuper alterum ad ludum coegerit, gravi pœna fuerit adfectus, atque ei qui lusores receperat propter furtum vel aliud damnum, quod passus esset, nulla nec contra tertium, concessa fuerit actio; denique domus in qua lusum erat, publicari debuerit.

§. XL.

Postquam verò hæc in desuetudinem abierunt atque ludi fortunæ rursus invalescere cœperunt, qui eos restringi curarunt Principes, optime Reipublicæ prospexerunt. Ita enim in Ordinat. Milit. Spirensi 1570. Tit. 70. Es soll auch keiner dem andern auff dem Spiel auffschlagen / noch weiter dann er Baar Geld hat / spielen: Wo aber einer dem andern viel oder wenig auf borg / abgewinne / soll ihme der ander nichts darum zu zahlen schuldig seyn. In Archiducatu Austria Leopoldus Imperator Edicto de Anno 1696. apud Francisc. Ant. de GUARIENT in Cod. Austr. p. II. p. 306. Als ordnen wir hiemit und Befehlen / allen und jeden / sie mögen seyn wer sie immer wollen gnädigst und ernstlich / daß sie sich zuvorderst der Bassette und Trenta, Quaranta und dann alles hohen Spiels / wie auch des heimlichen und Mantel Spiels / es sey mit Karten oder auf andere maniere keines davon ausgenommen gänglich enthalten sollen / bey vermeidung schwerer Straff und Ungnad / * * * * beynebst hiemit pro lege in perpetuum valitura gesetzet seyn / solte / daß niemand was er auf borg spielet / es mag wenig / oder wieder dieses heilsame Gesetz / viel betreffen / wenn gleich der gewonnende Theil eine Schriftliche recognition in Händen hätte / zu zahlen schuldig / weder dazu von einiger Obrigkeit anzuhalten sey zc. Quæ à Saxoniz Electoribus circa ludos saluberrimè constituta sunt, eorum summam

re-

referunt SAMUEL LUFT in *Repertorio Juris Saxon. voc. Spie-*
len p. 207. & LUNIGIUS in *Codice Augusto* P. I. 58. 375. 1473.
 1572. II. 8. 4. 328. Haud minorem ejus rei curam gesserunt
 REGES PRUSSIE atque ELECT. BRANDENBURG.
 de quorum Constitutionibus, ludorum causa editis vide
 Perill. Virum, Christ. Ottonem Mylium, Regi Prussia à Con-
 siliis sanctoribus, in *Corpore Constit. Magdeb.* P. III. p. 297. &
 P. VI. p. 37. Inprimis verò huc pertinet Edictum de an-
 no 1702. cujus summam exhibet Vir. Pl. Rev. JOH. PORST.
 libro suo, kurzer Auszug aus denen vornehmsten Königl. Preu-
 sischen Edicten und Verordnungen v. Spielen. In alio E-
 dicto de Anno 1714. in specie ludi admodum perniciosi
 vulgo *Bassette & Landsquenets* prohibentur. Ratione vero
 Studiosorum in Academia Viadrina per Rescriptum de
 A. 1710. adversus ludos sic Clementissime mandatum fuit:
 Nachdem Wir mit besouderm Mißfallen vernehmen/ daß
 unter der auf unserer dortigen Universität Studirenden Jugend/
 das bereits hiebevör verborhene spielen umb Geld mehr als jemah-
 len wieder einzureißen beginne/ und es dann an dem daß solche
 junge Leuthe/ nicht des Spielens halber/ sondern umb etwas nüt-
 zliches zu lernen/ und sich qualificirt zu machen/ dem Publico
 hiernächst Dienste zu leisten/ von den Ybrigen auf die Universi-
 tät geschickt werden/ welcher Zweck aber durch das Spielen nicht
 allein verhindert wird/ sondern auch viele dadurch mit verspielung
 ihrer Mittel in einen solchen miserablen, Armseeligen und Noth-
 leidenden Zustand gerathen/ aus welchem sie die Zeit ihres Lebens
 nicht wieder eluctiren können/ und folglich Ihnen nichts dann
 die allzuspäte Reue überbleibet. Als befehlen Wir Euch hiemit
 in Gnaden/ die hiebevör deßhalb ergangene Verordnungen zu
 wiederholen/ und das verderbliche Spielen nicht allein aufs nach-
 drücklichste und bey Straffe der relegation cum infamia zu ver-
 bieten/ sondern auch darüber mit allem Ernst zu halten/ und
 wieder die Contravenienten mit solcher relegation zu verfab-
 ren/ wie wir dann hiemit wollen/ und verordnen/ daß keine Stu-
 denten wegen Spiel-Schulden fernere actioniret, sondern sol-
 chesfalls

Wessals die verspielte Summe ad pios usus verwendet / und die
berdem der Kläger so wohl als Beklagte gebührend bestrafet wer-
den solle. Potsdam d. 25. Oct. 1710. Quæ Constitutio Ao.
1714. renovata atque sub graviore Sanctione confirmata
fuit.

§. XLI

Exteriorum Principum novissima Constitutio circa
Ludorum abusus est hodierni Pontificis Rom. CLEMEN-
TIS XII. Bulla, qua omnia consortia Lusoria atque lu-
dos præ ceteris noxios, des Dez, la Hocca, la Bassette, le Pha-
raon, le Lansquenier, la Doppe, & similes sub gravi pena
prohibuit. Integram Bullam vide in Merc. Hist. Mensis
Octob. hujus Anni MD CCXXX. p. 368.

§. XLII.

Atque hæc summatim de contractibus alex à PU-
FENDORFFIO l. c. commemoratis, præter quos de Em-
issione quoque spei, aliisque ejus generis conventionibus
differere constitueramus, temporis autem & spatii, quo
circumscripti sumus, angustia exclusi, filum nunc
abrumpere cogimur.

F I N I S.




ULB Halle
007 662 904

3



18





Pri. 22. sum. 15.

DISSERTATIO JUR. NAT. ET GENT. 1730, 2

De
**SPONSIONIBUS
ET ALIIS CONTRA-
CTIBUS QUI ALEAM
CONTINENT,**

Ad
DEFEND. de J. N. & G. lib. V. c. 9. & de Off. Hom. &
Civ. lib. I. c. 15. §. 13.
Quam

PRÆSIDE
**IUSTO CHRISTOPHORO
DITHMARO,**

Juris Nat. & Gent. Hist. & Oeconomico-Politico-
Camerarium P. P. O.
die XXVII. Nov. MDCCXXX.

P. 227-226
IN AUDITORIO MAJORI
ventilandam proponit
**FRANCISCUS FRIDRICUS
LÜDERS,**

Berol. LL. Stud.

Francofurti ad Viadrum,
Litteris Viduæ Johannis Christophori Schwartzii.

